Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36925
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



quē vos nesciti. Ipse est qui post me veni
qui ante me factus est cuius ego nō sum
dignus vt soluā corrigiā calceamenti eius
Hec in Bethania facta sunt cōsio Iordanem
vbi erat Iohannes baptizans. Iohannes pr
in Vigilia dni ad prima missam

In iote Exiit edictū a cesare augusto
vt describeretur vniuersus orbis. Hic descriptio
prima facta est a preside Syrie Cirino. et ibant
omnes vt profitentur singuli in suam ciuitatem
Ascendit autem et Ioseph a Galilea de ciuitate
Nazaret in Iudeam ciuitatem dauid. que vocatur
Bethleem eo quod esset de domo et familia
dauid. vt profitetur cum maria desposata sibi
uxore pregnante: Factum est autem cum essent ibi
impleti sunt dies eius vt pareret. Et peperit
filium suum primogenitum et pannis eum involuit et
reclinauit eum in presepio quia non erat ei
locus in diuersorio. Et pastores erant in
regione eadem vigilantes et custodientes vi
gilias noctis super gregem suum. Et ecce an
gelus domini stetit iuxta illos et claritas dei
circumfulsit eos et timuerunt timore magno
Et dixit illis angelus Nolite timere. Ecce e
uangelizo vobis gaudium magnum. quod erit omni
populo quia natus est vobis hodie saluator qui
est dominus xrs in ciuitate dauid. Et hoc vobis signum
inuenietis infantem pannis inuolutum et posi
tum in presepio. Et subito facta est cum angelo
multitudo celestis militie laudantium dm et
dicentium. Gloria in excelsis deo et in terra pax
hominibus bone voluntatis: Hic fo
In iote Ad primam missam Cum
pastores loquebantur ad invicem dicentes transeamus